

285

ARA EXEQVIALIS.

BEATIS MANIBUS

SPECTABILIS ATQVE CONSULTISSIMI

DOMINI

**CHRISTIANI
LACHMANNI,**

De Republica Thoruniensi Secretarii

bene meriti,

Die 13. Januarii An. Ep. Chr. M. DCCVI.

pie demortui,

Et die 17. p. m. in Templo Mariano

honorifice sepulti,

erecta

COLLEGIO PROFESSORIO

GYMN. THORUNIENSIS.

THORUNII,

Excudebat Johannes Conradus Rügerus, Nobiliss. Senatûs & Gymnasii

Typographus.



Aus & fama fuit secreti magna laboris,
 Quem fidus fido credidit usqve Viro.
 Quandoquidem solus par haud est tollere
 damnum,

Si se participem non facit ipse mali.

Urbes si, vel regna premant mala fata, fatendum est,
 Communi in damno viribus esse locum;
 Hinc alios videas magno sudare labore,
 Ut tollant damnum consiliisque levent.
 Ast alii scribant tabulis consulta Senatus,


Qveis à

{	Secretis	nomen & omen inest.
{	Cancellis	

Horum non vilis, sed splendida gloria perstat,
 Horum laus & honor non moritura virent.
 Ex horum numero fuerat *Lachmannus*, acerbo
 Funere qui raptus dat mihi triste Vale!
 Noverat hunc *Astræa*, è pleno vellere *Phryxi*
 Texuerat fertum dextera clara Dices.

Lachmannus bis ter Musarum ipsissima Musa,
 Et *Charitis* triplicis deliciofa *Charis*.
 Prussica quem tellus maturè plorat ademptum,
 Quem nostri Cives pectore & ore dolent.
Vistulides scopulis currunt, & *Drusides*: antris
 Dorades è madidis *Naiades*que ruunt.
 Sed nihil efficiunt lacrymæ planctusque dolorque,
 Cum quæ defluxit *lympha* redire nequit.

Fal-



Fallacis ridet jam *Secretarius* orbis
 Technas, ac animo gaudia mille gerit.
 Incertos hominum casus perpende, *Viator*,
 Qui lustras oculis hæc monumenta tuis.
 Non genio indulge, aut resipiscere differ in horas,
 Quo minime speres tempore, nullus eris.
 Stemmata, divitias, ætatem, mentis acumen,
 Si sapis, hæc morti cuncta subesse putes.

Honoris & amoris gratia omnia manna
 B. Secretario sacrabat

M. MARTINI Böhmi.

Lipf. Centur. 2. Epistolarum Miscell. Epist. 99. DEO parere, & velle, quod
 ipse vult, summa non sapientia solum est, sed tranquillitas & quies.

Nil sanctius prudentiusque credimur
 Egisse vel tulisse, quam si Numinis
 Arbitrio sanctissimi regamur, &
 Velimus illa, quæ benignus vult DEUS.
 Qui sanctus atque justus optimè omnia
 Facit; licet molestiora sæpius
 Putentur illis esse, qveis Christi jugum
 Grave, & malum non ferre posse maxi-
 mum

Malum est. Ab incunabulis doctus fuit
 Portare LACHMANNUS jugum Christi, &
 DEO

Parere: qui vix Matre cognitâ, neque
 In orbe viso Patre magnam pertulit

Privignus & post orphanus molem mali.
Et quanta ephebus, Virque passus sit mala,
Testes erunt vel hic Amici plurimi:
Qui morbidum mortique jamjam proximum

Visere. Non contrarium tamen DEI
Sese voluntati futurum dixerat,
Sciens, quod hæc tranquillitas sit optima
Quiesque, velle, quod DEUS vult optimus:

Jubente quò nunquam negavit ponere
Vitam, vel ire ad astra per tot aspera.
Ut Christianus esset omine, nomine.

L. p.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,
Prof. Publ. & Visit.

